



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

61. Vt Fidem Servientivm accipiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

Regulæ diligenter obtemperauerit, tunc si Magistro & fratribus eius recipere placuerit, conuocatis fratribus, desiderium & petitionem suam cunctis animi puritate patefaciat: deinde verò terminus probationis in consideratione & prouidentia Magistri, secundum honestatem vitæ petentis, omnino pendeat.

**39. VT OMNES FRATRES AD SE-
cretum consilium non vocentur.**

Non semper omnes fratres ad consilium conuocare iubemus, sed quos idoneos & consilio prouidios Magister cognouerit. Cum autem de maioribus tractare voluerit, ut est, dare communem terram, vel de ipso ordine disceptare, aut fratrem recipere, tunc omnem congregationem, si Magistro placet, conuocare, est competens; auditoque communis Capituli consilio, quod melius & utilius Magister considerauerit, illud agatur.

**60. QVOD CVM SILENTIO ORA-
re debeant.**

Orare fratres prout animi & corporis affectus postulauerit, stando vel sedendo, tam summa cum reuerentia, simpliciter, & non clamose, ut unus alium non conturbet, communi consilio iubemus.

**61. VT FIDEM SERVIENTIVM
accipiant.**

Agnouimus nempè complures ex diuersis pre-

sis prouincijs, tam clientes, quam armigeros,
pro animarum salute, animo feruenti ad ter-
minum cupientes in domo nostra mancipa-
ri. vtile est autem, ut fidem eorum accipiatis,
ne forte veteranus hostis in Dei seruitio ali-
quid furtiuè vel indecenter eis intimet, vel à
bono proposito repente exterminet.

V T P V E R I , Q V A M D I V S V N T 62.
*parui, non accipientur inter fra-
tres Templi.*

Quamvis Regula sanctorum Patrum pue-
ros in congregatione permittat habere; nos
de talibus non conlaudamus vos vnquam one-
rare. Qui verò filium suū, vel propinquum,
in militari religione percenniter dare volue-
rit, vsque ad annos, quibus viriliter armata
manu possit inimicos Christi de terra sancta
delere, eum nutriat: dehinc secundùm Regu-
lam in medio fratum pater vel parētes cum
statuant, & suam petitionem cunctis patefa-
ciant. Melius est enim in pueritia non voue-
re, quam posteaquam vir factus fuerit, enor-
miter retrahere.

V T S E N E S S E M P E R V E 63.
nerentur.

Senes autem pia consideratione secundùm
virium imbecillitatem supportare ac dili-
genter honorare oportet: & nullatenus in his
quaꝝ corporis sunt necessaria, districte te-

E S nean-